Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25885
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in circuitu tuo. foris cedes ac bella describens.
terciā uero inquit tui partē in omnē uentū
dispergā. eos esse demonstrans qui dacendi sunt
in captiuitatē. post quos dicit se nudare uel effundere
gladiū. ut nec captiuitas nouissimū sit ma
lorū. sumereque de ipsis dispersis atque captiuis.
et ligare in sūmitate palliī sui. eos qui de
captiuitate redituri sunt in ierlm. et ex ipsis
quoque tollere aliquā partē. et igne flāmaque
consumere. significans macedonas sub quibus
habitatores iudee et precipue ierlm dura per
pessi sunt. Quod autem dicit ex eo i. populo iudeorum siue
iuxta lxx. ex ea. ut subaudiatur urbe ierlm.
egredietur ignis in omnē domū isrl. macha
beorum narrat hystoria. quod quedā pars iudeorum
se tradidit antiocho epyphane. et eū ad perse
cutionē populi concitarit. et multa alia que in
eadē scribuntur hystoria. et in iosephi uolu
mine. precipueque dissensione hyrcani et alex
andri. per quorum occasionē Gneus pompeius
cepit ierlm. et romane subdidit dicioni.
postea que sub tito et uespasiano urbs capta. tem
plumque subuersū. et post quinquaginta annos ab
helyo adriano usque ad solū incensa ciuitas.
atque deleta est. ita ut pristinū quoque nomē
amiserit. Quomodo autem in cesarie et barba pul
chritudinis ac uirilitatis indiciū est. que si
radantur feda nuditas apparescit. et uniuersi
corporis pars extrema. atque ut ita dicā emor
tua in capillis ac pilis est. ita ierlm et populus eius
emortuus. et auxilio dei corpore separatus. fami
ac pestilentie. cedi. et gladio. captiuitati.
ac dispersioni traditur. de qua dispersione sub
figura capillorum aliqua pars ligatur in sūmi
tate palliī. ut modicū quod rursū traditur in
cendio. de quo infinita flāma. ac pene uni
uersa uastitas egreditur in omnē domū

ISRAHEL.

Hec dicit dominus deus. Ista est ierlm. in medio gen
tiū posui eā. et in circuitu eius terras. et contempsit
iudicia mea. ut plus esset impia quam gentes.
et precepta mea ultra quā terre que in circuitu
eius sunt. Iudicia enim mea proiecerunt. et in preceptis
meis non ambulauerunt. Hierlm in medio mun
di sitā. hic idē propheta testatur. umbilicū terre
eā esse demonstrans. et psalmista natiuitatē
exprimens domini. ueritas inquit de terra est. ac
deinceps passionē. operatus est autem salutē in
medio terre. A partibus enim orientis cingitur
plaga que appellatur asia. a partibus occiden
tis eius que uocatur europa. a meridie et austro
lybia et affrica. a septentrione scytis. arme
nia. atque perside. et cunctis ponti nationibus.
In medio quod gentiū posita est. ut quia erat
notus in iudea deus. et in israhel magnū nomē eius.
omnis in circuitu nationes illius sequerentur ex
empla. que gentiū circa se positarum impie
tatē secuta. uicit etiā ipsas in scelere suo.
Quod pulchre interpretatus est symachus. Hec ierlm
quā in medio nationū posui. et circa eā re
giones. commutauit iudicia mea impieta
tibus suis. quas didicit a gentibus. et iustificati
ones meas a regionibus. que sunt in circuitu eius.
quia legitima mea reprobauerunt. et in iudiciis
meis non ambulauerunt. Illud autem quod dixere
lxx. iustificationes meas inique ex gentibus.
et legitima mea de regionibus que sunt in circu
itu eius. non habere consequentiā. etiā me tacen
te perspicuū est.
Idcirco hec dicit dominus deus. Quia superastis gentes.
que in circuitu uestro sunt. et in preceptis meis non
ambulastis. et iudicia mea non fecistis. et iuxta
iudicia gentiū que in circuitu uestro sunt. uos
estis operati. ideo hec dicit dominus deus. Ecce ego
ad te. et ipse ego faciā in medio tui iudicia
in oculis gentiū. et faciā in te que non feci. et
quibus similia ultra non faciā. propter omnes
abhominationes tuas. Pro eo quod nos interpreta
ti sumus. quia superastis gentes que in circuitu
uestro sunt. symachus transtulit. quia multi
tudo uestra fuit ex gentibus. que in circuitu
uestro sunt. aquile secunda editio. eo quod numerati